in domo mansionis ad villa Galedow presentes et citat[ionem] notificavit.

Wronowski lucru[m] deductionis scrutiny

4V9

Nobilis Joannes Wronowski in Trzyniec he-
res Actor, nobilem Mathiam Dyszina, citum
quondam generalem Regni nobilem Joannem Zalesk[i] in
...ad Judicium Ofitiale Capitaneale Castrense Lublinen[se]
quatuor diebus ultra iuris communis formam
ad instantiam supradicti Actoris vocatum et non com-
parentem in termino hodierno peremptorie in diem Ofitiale ex
eadem actione terminum in causa et proveniente in toto
pro lucro protoconto ex admissione Judicii Ofitialis ...
condemnavit, iuxta suam actionem infrascriptam te-
noris huiusmodi.
Joannes Firlej a Dambrowica Lublinensis ... Capitaneus
Tibi nobili Mathiae Dyszina, de bonis tuis quo-
cunque, rigore Regio et nostra auctoritate Capitane-
ali mandamus, quatenus in terminis Judiciorum Capita-
nalium Castrensium Lublinensium, feria secunda ante festum Sancto-
rum Simonis et Judae Apostolorum proxima, in Castro
Lublinensi celebrandis, vel dum et quando Termini
Ofitiali celebrabuntur, ad instantiam nobilis Joannis
Wronowski in Trzyniec heredis personaliter peremptorie
compareas. Qui te citat ad attentandum scrutinium
contra te, ... testes idoneos, per Actorem ... in Trzyniec,
bustionis domus residentialis Actoris, in Trzyniec,
tum et horrei cum frumento et segetibus ibidem con-
gregatis, prout eo nomine per te nobilem ... Commissa fuit ...
... in domini Opatow ... tibi ad ...

compet. iuris praemissorum instituen. et deducen.
Citaris itaque ad videndum et audiendum hoc ius scru-
tinium Actorem mediante corporali iuramento super
non corruptione testium expediri, aliaque in praemis-
sis iuxta iuris et Causae exigentiam fieri decerni
et sententiari sibi ad praemissa tibi latius in ter-
mino declaranda et deducen. Justitia consulente.
Datum in Castro Lublinen. feria sexta post fe-
stum sancti Bartolomei Apostoli proxima. Anno Domini
millesimo sexcentesimo undecimo
Et Jud. Offen. Capitale Castren. Lublinen., in dimi-
nuti, in contumatiam citti, ad affectionem Actoris,
ad deducen. scrutinium contra cittum praefatum A-
ctorem admisit, prius tamen iuramento praestito
de non corruptione et non conductione testium.
Quoniam vero Actor iuramentum de non corruptione
et non conductione testium iuxta formam iuris
praestitit, ideo Jud. ad examen testium productis
et testimonia eorum in occluso rotulo parti Acto-
reae se extraditurum obtulit.

Super Lychowski lu-crum scrutiny

Nobilis Joannes Wronowski in Trzymkowo
Actor, nobilem Paulum Lychowski cittum, per Mini-
sterialem Regni nobilem Joannem Zaleski iuridice
ad Jud. Offen. Capitale Castren. Lublinen., qua-
tuor diebus ultra iuris communis formam, ad in-
stantiam suprascripti Actoris citatum et non comparen.,
in termino hodierno peremptorio in diem hesternum ex ea
actione Ultimo incidentem et provenientem, in toto suo
lu,

lucro pro toto ex admissione Judicii praesentis indicta con-
demnavit, iuxta suam citationem infrascriptam tenoris hu-
iusmodi:

Joannes Firlej de Dambrowica Capitaneus Lublinensis
Tibi nobili Paulo Izbowski, dicto Chromy in Trzynik
quovis modo possessori, mandamus ut coram nobis seu
Judicio nostro, in termino Judiciorum Capitanealium Castrensium Lubli-
nensium, sive feria sexta ante festum sanctorum Simonis et Ju-
dae Apostolorum proxime, vel post id tempus primis
in Castro Lublinensi celebrandis personaliter ac peremptorie compareas
ad instantiam nobilis Joannis Wronowski ibidem haeredis.
Qui iuxta praescriptum legum te citat ad perhibendum eidem
certe testimonium, veritatis super combustione domus suae
dicti Actoris in Trzynik anno proxime praeterito, die dominica
proximo post festum sancti Bartolomei, per nobilem Ma-
thiam Bolina eo nomine inculpatum perpetratae; quatenus
verum scis, nosti, et audisti. Quod si id facere nolueris
in poena centum marcarum pecuniae de praescripto legum
condemnaberis: nosque contumacia tua non obstante
quod iuris erit pronunciabimus. Sis itaque termino praedicto
attentatus. Datum in Castro Lublinensi feria
secunda post festum sancti Bartolomei Apostoli
proxima. Anno Domini millesimo sexcentesimo unde-
cimo.

Judicium vero Capitaneale Castrense Lublinense ad
affectionem partis Actoreae in contumaciam citati in-
haerendo constitutioni Regni de scrutiniis sancitae poe-
nam centum marcarum in dimidio lucri super citato et
bonis eius quibusvis eidem Actori correspondentem decrevit
ac nobilem generalem Regni cum duobus nobilibus
quem et quos habere poterit ad intromittendum ipsum
Actorem in bona citati pro dicta correspondentia
iuxta statutum addixit. In effectum vero ad-
missae intromissionis, causam praesentem pro finali
executione

executione ad loci Capitaneum et Capitaneos sub cuius vel quorum [illegible] bona [illegible] consistunt, et partes ipsas remisit et remittit decreti praesentis rigore.

Bychawski bannitus et publicatus

Proposuerunt iudicialiter coram officio Capitaneali Castrensi Lublinensi Fisci Instigator officii Castrensis Lublinensis et infrascripta delatrix, Actorea parte: contra nobilem Nicolaum Bychawski Marcelini filium, citatum citatione tenoris huiusmodi.

Joannes Firley de Dambrowica Capitaneus Lublinensis. Tibi nobili Nicolao Bychawski, nobilis Marcelini Bychawski filio, tanquam impossessionato, de persona tua ac bonis omnibus, Regio et officii nostri rigore, mandamus ut coram nobis seu Iudicio nostro Capitaneali Castrensi Lublinensi, in terminis iudicialibus feria secunda ante festum sanctae Catherinae virginis proxime venturis in Castro Lublinensi celebrandis: vel iis [illegible] in proxime sequentibus tempore [illegible] venturis, Ad instantiam Instigatoris officii nostri Capitanealis Castri Lublinensis, et nobilis Anna filia olim nobilis Georgii Olszewski, consortis vero nobilis Stanislai Sobiesczanski personaliter ac peremptorie compareas. Quae una cum assistentia mariti sui eundem citat ad banniendum et de Regno Poloniae [illegible] eius annexis proscribendum [illegible] in contrarium decreti Judicii [illegible] ordinarii tribunalis Regni Lublinensis, quo tibi iniunctum erat ut Actrici [illegible] centum quinquaginta octo marcas Polonicales solvas, aut fideiussores nobiles possessionatos

Linde